

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Exactio d
cum fonte primo

Ministerialium siquidem tanta est multitudo,
quanta est locustarum
ut istis residentibus alii succedant
et quod ex parte fuerit deuoratum,
alii deuorent exacialiter et consumant;
impleturque in eis illud propheticum:
Residuum eruce comedit locusta,
residuum locuste comedit brucus,
residuum bruci comedit erugo.

Ministerialium siquidem tanta est multitudo,
quanta est locustarum,
ut istis recendentibus illi succedant,
et quod ex parte fuerat devoratum,
alii devorent exacialiter et consumant:
impleturque in eis illud propheticum:
Residuum erucae comedit locusta,
et residuum locustae comedit bruchus,
et residuum bruchi comedit aerugo (Ioel 1:4).

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 95
(PL 207, col.298D-299A).

Pauper enim ueretur aperire maliciam exactorum
ne grauiora moliantur in eum
et fiant posteriora hominis pejora prioribus.

Licet enim clamores pauperum benigne
et misericorditer exaudire velitis,
pauper tamen veretur aperire malitiā exactorum,
ne graviora moliantur in eum,
et fiant posteriora hominis pejora prioribus.

Petrus Rauennas in quadam epistola.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 95
(PL 207, col.300C).